Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dum uos pacat. Afferte illũ ad me Et attule
runt eum Et cũ uidisset illum: statim spiritus
conturbauit eum: et elisus in terra uolutabatur
spumans Et interrogauit patrem eius Quã
tum temporis est ex quo ei hoc accidit. At il
le ait. A puericia Et frequenter eum et in
ignem et in aquas misit: ut eum perderet Sed
si quid potes adiuua nos: misertus nostri.
Iesus autem ait illi Si potes credere: omnia
possibilia credenti Et continuo exclamans
pater pueri: cum lacrimis aiebat Credo do
mine: adiuua incredulitatem meam Et cũ
uideret iesus concurrentem turbam: cõmina
tus est spiritui immundo dicens illi Surde
et mute ips: ego tibi precipio exi ab eo et
amplius ne introeas in eum Et clamans et
multum discerpens eũ: exiit ab eo Et factus
est sicut mortuus: ita ut multi dicerent quia
mortuus est Iesus autem tenens manũ eius
eleuauit eum: et surrexit Et cũ intrasset
in domum: discipuli eius secreto interroga
bant eum Quare nos non potuimus eicere
illum Et dixit illis Hoc genus in nullo po
test exire nisi in oratione et ieunio OFF. Me
ditabar in mandatis tuis que dilexi nimis et leuabo manus
meas ad mandata tua que dilexi SEC. Hec hostia
quã dñe emundet nostra delicta: et sacrifi
cium celebrandum subditos tibi corpora men
tesque sanctificet POST COMM. Comedite pinguia et
bibite mulsum et mittite partes eis qui non preparauerunt
sibi sanctus enim dies dñi est nolite contristari gaudium